HIERONYMUS
Saint-Amand, Wende 8./9. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

uisitabo inquid super uirum illu & super domum illius & eum
delebo inperpetuum. Dicatque unusquisque proximo
& amico suo nequaquam quod est onus dni sed quid respondit
dns & quid locutus est dns. uel ores obliuiscimini onus
& pondus siue adsumptio Inore uestro utique non resonat quia
singulis hominibus sermo suus & opus suum in onus pondus
quere putabitur secundum illud quod scriptum. e. ex ore tuo
iustificaueris & ex ore tuo condemnaueris;
& per uestras uerba di uuentas dni exercituum di nostri
haec dices siue dicetis ad prophetam quid respondit ubi dns
& quid locutus est dns. si autem onus dni dixeritis hucusque
In LXX. non habetur & sequitur. propter hoc haec dicit dns
quia dixistis sermonem istum onus siue adsumptio dni & misi ad uos dicens ::
propterea ecce ego tollam siue adsumam uos & ciuitatem quam de
di uobis & patribus uestris a facie mea & dabo uos in obpro brium
sempiternum & ignominiam aeternam quae numquam
obliuione delebitur praecepit dns ut nequaquam oneris
& ponderis & adsumptionis sermo dicetur in populo sed respon
sionis & uerbi di. quod quia populus implere contem serat
ipsum uerbum inter praetatur super eis & dicit quoniam
dixistis quod nolui & hoc aut sepe prophetas mittere em
& iuberem predicere ut eis propterea sermonem uestrum
adsumptionis & ponderis in uobis opere complebo.
adsumam quippe uos & tollam atque portabo & adlidam
ad e sublimibus in terram conruere faciam non solum
autem uos sed etiam bem uestrum quam dedi patribus uestris
& dabo inquid In obpro brium & ignominiam sempite
rnam. quae numquam obliuione delebitur.
hoc autem & tem pore babilonia capiuitatis factum esse
nouimus. sed plenius atque perfectius post saluato
ris pas sionem resurrectionem que complebitur.

:: nolite dicere onus siue adsumptionem dni.